



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 35. Senatus Regii oppositiones contra hanc Bullam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

adeo, ut inter hujus Pontificis Constitutiones in Bullario non reperiatur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.

§. XXXV.

Senatus Regii oppositiones contra hanc Bullam.

Ceterum Parisiensis Senatus pro a-
vita sua prudentia, & constantia,
quam in omni occasione, ubi de con-
servandis Regni juribus, Nationisque
libertatibus agebatur, semper exerebat,
nunc quoque circa hanc Sixti V. Con-
stitutionem validissimas rationes Regi
exponebat, ad calcem vero sui li-
belli hæc addebat: „Curia nostra hu-
„jus Bullæ stylum adeo novum, atque
„a moderatione, & prudentia præcis
„Pontificibus propria tantopere alienum
„deprehendit, ut ibidem haud ultra
„Apostolici Successoris vocem agnoscat,
„insuper cum nec in suis tabulis, nec
„in antiquis monumentis reperiatur, quod
„Regii stemmatis Principes Galli un-
„quam Pontificis tribunali fuerint sub-
„jecti, hinc circa hoc facinus delibe-
„rare nequit, nisi prius summus Pon-
„tifex jus illud comprobatum reddide-
„rit, vi cujus ei Regna a Deo ante
„Pontificum institutionem a Deo stabi-
„lita transferendi potestatem sibi com-
„petere asserit. „

*Mem. d' E-
toil tom.
pag. 196.
hoc ann.
Journal.
pag. 79.
Mem. de la
Lig. p. 360.*

Præ-

Sæcul.XVI.

A.C.1585.

Præterea, ex Consiliariis quidam effutire non erubescerat, quod hæc Constitutio totius Christianæ Reipublicæ bono adeo exitiosa, ac Francici Regni auctoritati tantopere injuriosa sit, ut haud dignius haberi mereretur, quam olim quidam Franciæ Rex aliam a quodam Sixti V. Prædecessore ad eum transmissam ejusmodi Bullam exceperat, dum eam in ignem projici, simulque Procuratori Regio injungi iusserat, ut in eos, qui in Curia Romana hanc Constitutionem expediri curarunt, exacte, ac sedulo inquireret, eosque tam severe plecteret, ut horum castigatio omnibus posteris exemplo esset. (*)

§. XXXVI.

Navarræ Regis & Condæi Principis oppositio contra hanc Constitutionem.

*Mem. d'E-
toil. p. 197.
Thuan. l.82.
Mem. de la
Lig. p.388.*

Navarræ Rex adversus hanc Bullam debacchabatur, edito libello, in quo Regi demonstratum ibat, quod ipsius magis quam suarum partium interfit, ne tam insolitos, nulloque pacto ferendos ausus toleret: ut vero suam inde

(*) Hæc, & atrociora a Calvinistis, aliisque Sæctatoribus sparsa fuisse, haud mirum: num autem propterea quicquam auctoritati Pontificiæ a Deo stabilitæ decedit?